

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Timor ab
cum uariis

Plura sunt que nos terrent quam premunt et sepius opinione laboramus quam re. Cito accedimus opinioni et sic uertimus terga quemadmodum illi quos puluis motus fuga peccorum exiit castris aut quos aliqua fabula sine auctore conterruit. Nescio quomodo uana perturbant. Vera enim modum suum habent. Verisimile est aliquid futurum mali; non statim uerum est. Quam multa inexpectata uenerunt! Quam multa expectata nunquam comparuerunt!

Seneca ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

quam] quae L¹ L²; opinione] opinioni P V¹, amplius *add.* V² L¹ L²; illi quos] aliquos P V¹ V² L¹ L²; uenerunt quam multa expectata *om.* C; nunquam comparuerunt] peruenerunt (*cor. in marg.*) M